

indulgentiam supradictam in eos contra indultum | huiusmodi de facto predictas sententias promulgatis, quos ut fatigetur laboribus et expensis, interdum ad forenses conventus accedere, quandoque sententiarum vestrarum | executiones, quacumque sint auctoritate prolatae, suscipere invitos compellitis pro vestre arbitrio voluntatis, quamquam ex generali, quod suscepisse dicimini, apostolice se|dis mandato teneamini eisdem in suis libertatibus et privilegiis contra pravorum pressuras et molestias defensare. Sicque fit, ut indulgentia concessa eis causa | solacii et quietis sit ipsis, vobis contra ipsam quasi conspirantibus, causa dispendii et laboris. Cum igitur, sicut in lege dicitur, parum sit in civitate ius esse, | nisi qui illud tueatur existat,¹⁾ dignumque ac conveniens videatur, ut indulgentie ac privilegia, que devotis et benemeritis indulgentur, contra presumptorum au|daciam ipsos, cum expedit, tueantur, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta (^bin virtute^b) obedientie^c) districte | precipiendo mandantes, quatinus privilegia, indulgentias et libertates eisdem ab apostolica sede concessa ac eorum consuetudines rationabiles et antiquas firmas | et illibatas eis de cetero pro apostolice sedis et nostra reverentia observantes ab eorum^d) super premissis coactione ac molestia penitus quiescatis, ita quod ipsi concessa eis | valeant tranquillitate gaudere ac super hoc per sedem eandem non oporteat aliter provideri. Dat. Lugduni V non. martii | pontificatus nostri anno sexto.

(B.)

150.

Papst Innozenz IV. beauftragt den Abt und den Prior des Zisterzienserklosters Alzelle, das Domkapitel von Magdeburg zu ermahnen, den Meißner Kanoniker Walter als Domherrn in das Kapitel aufzunehmen, wie dies bereits von Papst Gregor (IX.) und auch von ihm selbst angewiesen worden war.

1249 April 27, Lyon

Original: —

Register: Paris, Bibliothèque nationale de France, ms. lat. 4039, fol. 45r, Nr. 516 (R¹)
— Kopie von R¹ (1779): Città del Vaticano, A. S. V., Reg. Vat. 21A, fol. 242rv, Nr. 516 (R²).¹⁾

Edition: Reg. d'Innocent IV, Bd. 2, S. 75, Nr. 4506 aus R¹.

Regest: Höfler, Albert von Beham, S. 192, Nr. 516 — Potthast II, S. 1118, Nr. 13313.

b) Auf Rasur (2,5 cm): Korrektur von erster Hand mit derselben, nunmehr verblaßten Tinte A.

c) Rasur (0,2 cm) vor o A.

d) earum A.

1) Vgl. die Glosse des Accursius zu Dig. 1, 1, 1, 2, dritter Satz (Hinweis von Dr. Frank-Michael Kaufmann, Leipzig).

150. 1) Edition nach einer Schwarzweißfotografie von R¹. Zu dem in der Pariser Nationalbibliothek aufbewahrten Registerband Innozenz' IV., welcher die Schreiben aus dem sechsten Pontifikatsjahr enthält, und Reg. Vat. 21A, einer 1779 angefertigten Kopie dieses Bandes, vgl. Reg. d'Innocent IV, Bd. 1, S. VIII f.; Giusti, Inventario, S. 9; Gualdo, Sussidi, S. 159.